Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

nata quamprimum loqui cepit ab omni penitus egritudine
liberata. Puer grauissima correptus infirmitate. ad extre
mum ita debilitatus vt mori crederetur. cum oblationem
quandam pro salute filij duo leopoldo vouisset mater. ab
egritudine liber fit. matre vero non offerente qd p̃ miserat.
idem puer itez in acutissimas mad̃ pt febres. reiterato voto
perfectoq̃ adimpleto proptime conualuit. Idem leopoldus
mulierem quandam a lepra liberauit. Adolescens a seipso vlne
ratus magis vt iudicabatur verus. repertus in lecto mortuusq̃
ab omnibus iudicatus. cum vltra horam nullu vite signum
in eo appareret. emisso a matre voto. orationibus pristinam
adeptus est valitudinem. Hoc de seipso testatur. contestes sunt
parentes. Sic et alios xiij morituros ad pristinam bonam va
litudinem redactos monumentis traditur. Sed quid de mo
rituris dicam. quando etiam defuncti vita raro mirabiliq̃
dei omnipotentis maximi experimento postatis leopoldo votis
restituuntur? Alisaleth lxxxj testis super xix articulo quo
queritur quid de leopoldi miraculis noscatur. se vidisse af
firmat puerum super altare positum ant monumentum
leopoldi vbi aderat magnus gentium tumultus nigrum et
omni iudicio exanguem examinemq̃. et precibus porrectis
a nonnullis numini viuum vidisse. Hoc et alij sex eiusdem
loci indigene addentes eum vidisse dum puteo extraheretur
nigrum vt supra et in ecclesia. et si diuersis verbis eadem tri
sentencia confirmarunt. Testes in hoc deposuerunt omni ex
ceptione maiores. Puer alius tamus trimus wolfgangus
nomine eiusdem loci flumine lapsus. vbi aderant molene. per
quisitus inuentus est. semotus a loco vnde ceciderat quantum
bis emissa valido arcu sagitta spacio complet. nullo viuacitatis
in eo apparente signo. mater versa ad leopoldi benemerita.
iuuamentis votis restitutum puerz ad primam vitam esperit.
Historia hec non caret testibus. Nam et pueri pater friderI
cus super dicto articulo se vidisse testatur et interfuisse dum
iueret. multis et clericis et laicis videntibus. put supra. et hoc
anno millenoquadringentesimoseptuagesimo. septembri mense.
Sic et alij duo sup circustancijs t interrogatorijs legittie responderut
Puer pro mortuo habitus cum ad sepulchrum beati leopoldi
delatus esset subito miraculo vitam recepit. Hoc barbara quin